decerni, et per Ministerialem publicari, ad omniumque notitiam deduci, ad praemissa sitis Iudicialiter responsuri. Datum in Castro Lublinensi feria quarta post festum Sancti Lucae Evangelistae proxima. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Duodecimo.

Et Iudicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense, post huiusmodi condemnationem praedictorum cittorum, eosque iureuictos, rebelles, et iuri communi Regni contravenientes, de Regno Poloniae dominiisque illi subiectis bannitos et proscriptos esse, vigore Statuti de hoc sanciti decrevit. Ministerialemque Generalem Regni Providum Ioannem Burdaszek, ad publicandum huiusmodi banitionem praefatorum iureuictorum addidit.

Qui quidem Ministerialis ius deputationis suae reddens, coram eodem Iudicio personaliter stans, publice recognovit, quia Decretum bannitionis suprascriptum, contra praenominatos cittos iureuictos, prolatum, die hodierna hic in Castro Lublinensi in praesentia Iudicii et multorum hominum ad Iudicia congregatorum alta et intelligibili voce proclamavit, eosque iureuictos, tanquam iuri communi rebelles, de Regno Poloniae dominiisque eius annexis, bannitos et proscriptos esse ad notitiam hominum deduxit.

Inter Peplowsky et Strzelecky Appellatio.

Proposuerunt Iudicialiter coram praesenti Capitaneali Castrensi Lublinensi Iudicio, Instigator Officii Castrensis Lublinensis, et Nobilis Iacobus Peplowsky dellator Actor pars, contra infrascriptum cittum, cittatione tali: Ioannes Firley à Dambrowica Lublinensis etc. Capitaneus. Tibi Nobili Petro Strzelecky alias Bobowsky filio Alberti, de bonis tuis generaliter omnibus mandamus vigore Regio et nostro Capitaneali ex officio ut coram nobis seu Iudicio nostro Capitaneali Castrensi Lublinensi in Terminis Iudicibus, feria secunda post festum Sancti Mathaei Apostoli et Evangelistae proxime ventura in Castro Lublinensi celebrandis, vel iis deficientibus tamque in proxime venturis, Ad instantiam Instigatoris Officii nostri, tum et Nobilis Iacobi Peplowsky dellatoris personaliter peremptorieque compareas. Qui te citant ad banitionemque et de Regno Poloniae

dominiisque

dominiisq eius annexis proscribens Ideo. Curia te exnis iure victus In Causa; Ad Inscriptionem Capitanealem Castren Lublinen per te Nobili Joanni Piotrowsky Golab, super summa Triginta Marcar pecca polonicalis factam et recognit; ac tans per pdictum Joannem Piotrowsky in personam Nobilis Christophori Matczynsky, filij olim Mathiae Actis Terrnbus Lublinen transfusa, demum vo per pdictu Christophoru Matczynsky in personam pdicti Actoris Actis Castren Lublinen abscessam. Pro vadio similis summae Triginta Marcar polonical ob non solonem summa eius q essentialis debiti pro tempore in eaq Inscrione expsso ad soluens succubito, ac pro summa ipsa principali, processu cae istius latius canen; Rei iudicatae non vis satisfacere, nempe remationi tui de bonis tuis oibus ac in eaq intronem, vigore lucrorum et perlucror vadionisq tricator super te ac bonis tuis oibq in Officio nro obtentoru et perductonum noluisti et non vis admittere; Citaris itaq ad videns et audiens super te banitioni decerni et per Mnialem publican, ad omniumq notitia deduci, ad pmissa Judicialr sis rnsurg. Datum in Castro Lublinen die Dominico post festum Exaltationis Sanctae Crucis proxo. Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Duodecimo.
Et post proponem suam modo pmisso factam, deducto parti cittae legitimo termo, tum contentis oibq cittonis verificatt, petiit eamq ad Judicialem responsiom compelli; Juris remediis salvis in toto reservatt.
Licet aut cittus roi in loco controuersias suas fecerit, tamen eas intra triduum ut iuris est ad acticams non porrexit. De cuius negligentia sua aut in suscipiens controuersiis diligentia, Gnosus Albertus Sierakowsky Notarius Castren Lublinen est prottus.
Ex adverso Actor per plentem suum reseruatis sibi iuris beneficiis ad cam prntem necessarijs, dixit prntiam citati non esse necessariam, cum Instigator representet personam ips personalrq ad psens comparere non teneri, quare petiit cittum ad procedens compelli. Reseruatis ut supra reseruans.
Et Judicium pmis Capitaneale Castren Lublinen, controuersijs partium Actoris per Nobilem Christophorum Matczynsky, plentem, cittae vo pte

coram

coram se factis, bene diligenterque exauditis et intellectis, adinvenit teneri Dellatorem personaliter comparere, in termino praesenti bannicionis.
Quam sententiam et Decretum praesens pars actoris pro iure non suscepit, nec in eo acquiescere voluit, verum ab eo et cum eo que Magnificum Joannem Firley a Dambrowica Capitaneum Lublinensem, ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis proxime celebranda, per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Joannem Zalesky, movit seu appellavit; Terminum ipsi sententia expurganda, sibi vero et parti motionis et causae suae prosequenda inter Causas Pallatinatus Lublinensis praefigenda. Quam appellationem Judicium praesens Castrense Lublinense parti actoris admisit. Terminum partibus modo praemisso inter Causas Pallatinatus Lublinensis conservando.

Inter Sosnkowsky et Dzierzek Subiudicem Lublinensem Appellatio.

Proposuit Judicialiter, coram praesenti Capitaneali Castrensi Lublinensi Judicio infrascriptus Actor, contra infrascriptum citatum, ex citatione sua infrascripta cuius tenor sequitur estque talis:
Joannes Firley a Dambrowica Lublinensis etc. Capitaneus. Tibi Generoso Joanni Dzierzek de Krzymiec Subiudici Lublinensi, de bonis tuis generaliter omnibus, mandamus vigore Regio et nostro Capitaneali ex officio, ut coram nobis seu Judicio nostro Capitali Castrensi Lublinensi in Terminis Judicialibus, feria secunda post festum Omnium Sanctorum proxime ventura in Castro Lublinensi celebrandis, vel iis deficientibus, tandem in proxime venturis: Ad instantiam Instigatoris Officii nostri, tum et Nobilis Gaspari Sosnkowsky, personaliter peremptorieque comparas. Qui te recedentem, ab appellatione sua, a Decreto Judicii Castrensis Lublinensis ad Judicia Tribunalis Regni Lublinensis per Actorem interposita non autem a causa ipsa, persistentemque in Decreto Judicii eiusque Castrensis Lublinensis ad banniendum et de Regno Poloniae dominiisque eius annexis proscribendum citat. Ideo. Quia tu extra iurevictus: In Causa, Ad Inscriptionem Terrestrem Lublinensem, per te eidem Actori super summam

Ducentorum